

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre XI](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - X \[07\] : Physice e Coelo](#)

Mythologia, Venise, 1567 - X [07] : Physice e Coelo

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[07\] : Physice è Cœlo](#)

est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre II

[Mythologia, Venise, 1567 - II, 03 : De Coelo](#)

a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[07\] : Le Ciel](#)

est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[07\] : Le Ciel](#)

est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 291r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Ciel](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 28/04/2023

torum peccatorum memoria. At Physicè.

Saturni parentes declarant illum esse tempus, quod natum est ex aëtheris cœlique agitatione. Hic partes genitales patri abscidit, quia vnus est æther vnus mundus, vnum tempus, quod cursum cœli metiatur. Partiones cum Titane siue Sole ita factæ sunt, vt quæ tempore nascerentur, postea omnia interirent: sic enim & elementorum, & procreatorum ex illis corporum generatio & corruptio indicatur, cū nihil nasci possit nisi ex corruptioni obnoxiiis principiis: atque hæc sine tempore confici non possunt. Cum vero res absumentur per tempus, & rursus aliæ in absumentarum locum sufficiuntur, Saturnū filios edisse sinxerunt, & rursus vomuisse: qui deiectus de regno idcirco fuit, quod ætheris natura credita sit immunis ab omni corruptione, cū non sentiat vim temporis, quod inferius extra suum regnū detrudit. Sic igitur corrupti, vt dicebam, significabant elementa, aut ex iis composita, cum quinta vocata *ætheria* sit suapte natura sempiterna. Locus elementorum vocatus fuit tartarus, quasi *ἀπὸ τῆς ταραχῆς* à perturbationibus scilicet, quibus est plenus. Iupiter fratres à paterna voracitate liberavit, quia elementorum materia secundum totū sit sempiterna. Atq; hæc dogmata sub hac fabula ad philosophiam spectantia occultabantur. Nunc Ethicè dicamus.

Fuit Saturnus à filio de regno deiectus, quia nullæ sunt opes eximia sine maximis periculis & animi perturbationibus: atque omnis iniquitatis denique vindex est Deus. Non offendendos esse parentes postea significabant, cum Iupiter paternam crudelitatem sit imitatus: quia paternæ vel iniquitatis vel probitatis exempla domestica filii plerunque sequuntur. Sic enim vitandam opum eximiam præstantiam, vt neq; tutam neq; naturæ necessariam, & ab omni iniuria abstinentium, significabant.

Physicè de Cœlo.

COELVS Terræ filius ob mundi procreationem dictus est; quia natus putetur ex informi materia. Hic excusus fuit à Saturno, per quod demonstrabatur quod vnus est æther; neque vllum tempus patietur alterum æthera produci; ac neque alterum tempus è motu cœli gignetur. Mundum igitur vnum tantum esse per hæc quæ dicta sunt, significabant: non minus q̄ philosophi demonstrare postea apertioribus rationibus conati sunt.

De Iunone Physicè.

IUNO fuit Saturni filia, quia prius cœlum ab opifice Deo factum est; deinde ex eius cursu natum est tēpus, ex illo continuo æther, deinde elementa, quorum supremus est præter Iouem, aer, Iuno scilicet, omnis humanæ vitæ moderatrix: per quem imbres & grandines concitantur. Ex aere incallescendo nascuntur animalia & plantæ, pro cuius temperie mores plerunq; imbibimus. Cum vero ex aqua proximè aer giguatur, nutrita dicitur fuisse ab Oceano & Thetide, cum in aera vis ætheris ad animalium procreationē agat, vxor est Iouis, cum vertatur in ignem, Vulcanum fertur peperisse. Cum aeris benignitas rebus omnibus nascentibus cōferat, coniugis fuit præfecta. Sic igitur significabant antiqui aeris locum, & vites, & actiones, & è quibus nascatur, in quod elementum proxime vertatur, quod in ipsum agat, ipsumq;

æra